Monatlich erſcheint
eine Nummer.
Preis bei der Poſt
jährlich 3 Mark.

# Paſtoralblatt
## für die Diöceſe Ermland

herausgegeben und redigirt von
Dr. F. Hipler, Domcapitular in Frauenburg.

Geeignete Beiträge und
Inſerate (à 20 Pf. die Zeile)
ſind direct an den
Redacteur zu ſenden.

№ 10. Dreißigſter Jahrgang. 1. October 1898.

Inhalt: Die Rigaer Provincialſynode v. J. 1437. — Neue kirchliche Entſcheidungen. — Zur Geſchichte des päpſtlichen Seminars in Braunsberg. — Leo's XIII Makrobiotik. (Tenui victu contentus ingluviem fuge. Ad Fabricium Epistola.) — Diöceſan-Nachrichten. — Literariſches. — Anzeigen.

## Die Rigaer Provinzialſynode v. J. 1437.

Da das Concil von Baſel das bisherige Kirchenrecht mannigfach modificirte, hielt Erzbiſchof Henning Scharfenberg von Riga mit ſeinen Suffraganen noch eine zweite Provinzialſynode im Jahre 1437[1]) und erließ diejenigen Ergänzungen und Verbeſſerungen für die Statuten von 1428, welche den Baſeler Decreten entſprachen, zur Beobachtung in ſeinem ganzen Sprengel. Daß die preußiſchen Suffraganen auf dieſem Concil durch ihre Procuratoren vertreten geweſen, wiſſen wir aus dem Protocoll über die Eröffnung und Schlußſitzung des Provinzialconcils vom 18. und 25. Februar 1437, welches wir nachſtehend mittheilen. Wahrſcheinlich ſind ſie alſo auch auf dem Provinzialconcil vom J. 1428 in ähnlicher Weiſe vertreten geweſen. An Stelle des Biſchofs Franz von Ermland war diesmal der Dompropſt Auguſtinus Tyrgart anweſend. Ebenſo ſteht es feſt, daß die preußiſchen Biſchöfe, um die durch die Baſeler Verordnungen herbeigeführten Modificationen anzuordnen, Diöceſanſynoden in den Jahren 1438 bis 1441 hielten. (Vgl. Paſtoralbl. 1895 S. 80; 1897 S. 108; 1898 S. 50 und 63.)

Der Nachfolger Hennings († 15. April 1448) Sylveſter Stodewäſcher beabſichtigte bald nach dem Antritte ſeines Amtes eine neue Provinzialſynode[2]). Ob er oder ſeine Nachfolger eine ſolche noch gehalten, können wir indeſſen nicht beſtimmen; doch kennen wir von demſelben noch eine Verordnung vom 24. April 1451 über die Feier des Frohnleichnamsfeſtes und des Feſtes Johannes des Täufers[3]).

Die Verbindung der preußiſchen Bisthümer mit dem Erzbisthume Riga wurde mit der Zeit immer loſer, und für Samland und Pomeſanien durch deren Abfall in den Jahren 1523 und 1524 völlig gelöſt, während Ermland ſpäter ganz exemt wurde und blieb, das Bisthum Culm aber ſeit der Aufhebung des Rigaer Erzbisthums 1566 unter die Metropolitangewalt des Erzbiſchofs von Gneſen trat, deſſen Geſetzgebung daher nun auch für jenes verpflichtend wurde.

Wir laſſen hiernach das erwähnte Protocoll ſowie die Beſchlüſſe des Provinzialconcils vom Jahre 1437 im Wortlaut folgen.

[1]) Nicht 1438—1441, wie Jacobſon a. a. O. S. 48 annahm, weil ihm das Protokoll vom 18. Februar 1437, das unten mitgetheilt iſt, noch unbekannt war.

[2]) Der Erzbiſchof ſagt: »Revolutis aliquot mensibus paternitatibus vestris (er ſchreibt an die vier preußiſchen Biſchöfe) de celebracione generalis Concilii provincialis mentem et rogatum nostrum rescripseramus« (ſ. die in der folg. Anm. cit. Urk.)

[3]) Die Urkunde befindet ſich im Staatsarchiv zu Königsberg Schiebl. 63. Nro. 59, und iſt gedruckt in der Abhandlung über die Metropolitan-Verbindung Rigas von Jacobſon, S. 26. 27.

### Synodus provincialis Rigensis a. 1437 celebrata.

1. *Processus habitus in concilio provinciali Rigensi (die 18. et 25. Februarii) 1437.*[1])

In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter, quod anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, indictione 15a, die vero lune decima octava mensis Februarii, hora terciarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii divina providentia pape IVti, anno sexto, in choro maiori sancte Rigensis ecclesie nostrorumque[2]) notariorum publicorum infrascriptorum ac testium presencia, coram reverendissimo in Christo patre et domino, domino Henningho eiusdem Rigensis ecclesie archiepiscopo, reverendi in Christo patres et domini, domini Johannes Osiliensis et Johannes Curoniensis ecclesiarum episcopi, pro se, necnon venerabiles et circumspecti viri, domini Arnoldus de Brinken prepositus, magister Tilemannus Johannis utriusque iuris doctor, Johannes Treppen et Martinus Kogeler Rigensis, Jodocus Quedenaw decretorum doctor, Sambiensis, Augustinus Tyrgart licenciatus in de-

*) De hoc concilio haec leguntur in libro ms. Rigische Kämmereirechnungen ad 1437: „6½ mrc. gesant an wyne unde haveren des bysschoppes boden unde der stadt boden van Darbte unde der bysschoppen boden ut Prusen, als se hir to dem concilio weren. 7 mrc. vortheret an wyne unde krude to twen tiden in gesterige mit den Darbtesschen boden up desse selve tiit. 11 mrc. gesant dem heren van Rige an wyne, als he to dem concilio hir was.“

[1]) Textum sequimur documenti in pergameno scripti. in Bibliotheca Czartoryskiana Cracoviensi (Vol. 3. p. 44. n. 417) hodie asservati, (K.) ex recensione Hermanni Hildebrand Liv-, Est- und Curländisches Urkundenbuch. Riga 1889 tom. IX. p. 81. (H.)

[2]) nostrumque ?.

cretis, Warmiensis, Bartholomeus Savyerve in decretis licenciatus, prepositus, Nicolaus Vekever et Wygandus Grabow Tarbatensis, Petrus Blisee scolasticus, Ludolphus Grove thesaurarius Osiliensis, Theodericus Tanck prepositus Curoniensis et Johannes Crevet Revaliensis ecclesiarum canonici et reverendorum in Christo patrum, dominorum Theoderici Tarbatensis, Johannis Culmensis, Johannis Pomezaniensis, Francisci Warmiensis, Michaelis Sambiensis et Hinrici Revaliensis episcoporum, ac . . abbatis in Valkena Cisterciensis ordinis diocesis Tarbatensis procuratores sive oratores et nuncii, prout de ipsorum mandatis ad infrascripta plenam fidem fecerunt per publica documenta, ad interessendum provinciali concilio tunc in civitate Rigensi ad instancias et citationes legitimas eiusdem reverendissimi patris, domini archiepiscopi, de mandato speciali sacrosancte generalis Basiliensis synodi factas celebrando[1]) pro eligendis et deputandis antistitibus et aliis divini et humani iuris doctoribus seu peritis, de provincia Rigensi ad prefatum sacrum concilium in Basilea vel alias, ubi tunc idem fuerit, in Spiritu sancto legitime congregatum pro reductione ecclesie orientalis suo temporo transmittendis, ac pro contribuendo iuxta facultates ecclesiarum expensas pro mittendis huiusmodi in eundo, stando et redeundo necessarias, concordandum aliaque faciendum in et circa premissa necessaria et quomodolibet opportuna et que in literis ipsius sacre synodi desuper datis continentur lacius, per certas patentes citatorias literas eiusdem reverendissimi patris, domini archiepiscopi, totam[2]) seriem literarum ipsius synodi in se continentes in tempore debito sibi prefixo per venerabilem virum, magistrum Walterum Remmelingrode licenciatum in decretis, in Lyvonie, et discretum virum, Hermannum Puster connotarium infrascriptum, in Pruszie partibus de speciali mandato ipsius domini archiepiscopi nuncios iuratos, vocati et citati, prout de executione debita huiusmodi citacionis ad relationem dictorum nunciorum plena fides facta extitit, suorum necnon prenominatorum reverendorum patrum, dominorum episcoporum et prelatorum nominibus comparuerunt et se, ut obedientes filii mandatis suis, immo verius eiusdem sancte synodi, in hac parte humiliter parere volentes, suo conspectui presentarunt. Et tandem missa de sancto Spiritu pro inchoatione felici eiusdem provincialis concilii inibi solemniter celebrata, prelibato reverendissimo patre, domino archiepiscopo, ut presidente, ac dictis reverendis patribus, dominis episcopis, in eorum infulis, ac ceteris dominis oratoribus et nunciis predictis in eorum religionibus decentibus interessentibus, venerabilis et religiosus vir magister Medeblik, in sacra pagina baccalaureus, canonicus dicte Rigensis ecclesie, solemnem pro reformatione morum et excessuum correctione status clericalis fecit sermonem. Quo completo idem reverendissimus pater, dominus archiepiscopus, volens secundum[1]) decreta et mandata concilii rite procedere exactamque diligentiam facere de commissis, causam vocacionis prelatorum suorum suffraganeorum primo, deinde certas exhortaciones paternas in proposicione pulchra exposuit et ut circa divinum officium, statum ecclesiasticum ac officium pontificale summopere solliciti essent et intenti. Ceterum ab eisdem reverendis patribus ac oratoribus et nunciis inquisivit diligenter, an in diocesibus suarum ecclesiarum suffraganearum decreta dicte synodi pro reformacione status clericalis edita, eciam tunc lecta et pronunciata, diligenter et debite servarentur. Qui quidem domini episcopi et nuncii responderunt, eis non constare de contrario et quod ipsi nuncii iuxta exhortaciones suas apud eorum dominos adhuc fideliter insistere vellent, ut eciam de cetero pro posse totis viribus observentur. Quibus peractis idem reverendissimus pater, dominus archiepiscopus, volens iuxta mandatum huiusmodi ad ulteriora procedere, nonnullas literas veris bullis plumbeis eiusdem synodi more suo bullatas, sanas et integras mihi Laurencio notario infrascripto ad manus tradidit in auribus omnium publicandas. Quas ad me reverenter, ut decuit, recipiens ipsas de verbo ad verbum alta et intelligibili voce sigillatim et distincte legens fideliter publicavi, ut sequitur in effectu. Et primo per me lecte et publicate fuerunt litere ipsius synodi super convocacione dicti provincialis concilii eidem domino archiepiscopo ascripte sub certis modis et punctis in eisdem specialiter expressis; deinde alie litere eiusdem synodi predictam materiam eciam in parte tangentes cum certis addicionibus, videlicet et[2]) ne in ignominiam occidentalis ecclesie ipsam in adventu orientalium in pluralitate prelatorum superari contingat, mandatur archiepiscopo Rigensi, ut in huiusmodi provinciali concilio per eum convocando cum suis suffraganeis disponat, quod antistites et ceteri, quot concilio videbitur, divini et humani iuris doctores, si extiterint, alioquin alii periti, nomine provincie sue ad locum, ubi tunc idem concilium congregatum fuerit, cessante impedimento transmittentur, quibus mittendis tam ipsi reverendi patres quam alii exempti et non exempti providere debeant de expensis. Postea publicate fuerunt alie litere dicte synodi super synodis provincialibus a fine concilii generalis infra biennium et deinde de triennio in triennium in loco tuto celebrandis cum certis penis de non venientibus prelatis aut legitimis causis impeditis[3]) non mittentibus ibidem adiectis; similiter de synodis episcopalibus per dominos archiepiscopum et suos suffraganeos ad minus semel in anno celebrandis; demum certa bulla super indulgentiis ab ipsa generali synodo pro reductione orientalis ecclesie graciose concessis emanata. Quibus quidem literis sic, ut premittitur, solemniter publicatis et lectis idem reverendissimus pater, dominus archi-

[1]) celebrando factas K. — [2]) totum K.

[1]) om. K. — [2]) sic! K. — [3]) impediti K.

episcopus, monuit et exhortatus est dominos prelatos et alios supradictos ac alios quoscunque negocia literarum huiusmodi tangentes, ut eisdem diligenter se conforment ac illas pro posse suo, prout ad eos pertinet, fideliter exequantur necnon in execucionibus et pronunciacionibus indulgenciarum huiusmodi iuxta literarum formam et tenorem et instructiones desuper datas fideliter et legaliter in tam pio agant opere ipsasque diligenter promoveant, premium ab Altissimo in retribucione iustorum misericorditer recepturi.

Deinde anno, indiccione, mense, hora, pontificatu et loco quibus supra, die vero lune, vicesima quinta eiusdem mensis Februarii, convenientibus iterum in unum pro salubri consummacione huiusmodi provincialis concilii memoratis reverendissimo patre, domino archiepiscopo, presidente, necnon episcopis in eorum infulis et oratoribus et nunciis in religionibus sive habitibus eorum predictis et missa de sancta Trinitate solemniter celebrata, ex commissione et mandato speciali eiusdem domini archiepiscopi, ipso reverendissimo ac dictis reverendis patribus aliisque nunciis et oratoribus predictis considentibus et audientibus, lecte et publicate fuerunt per me Laurencium notarium infrascriptum primo litere ipsius sacrocancte synodi ab ea contra clericos concubinarios emanate, et deinde alie litere de disputando super dissidio Grecorum, mandatumque fuit per ipsum reverendissimum patrem, dominum archiepiscopum, quod si quis suffraganeorum suorum haberet aut habere posset certa scripta materiam istam concernencia, quod illa faceret per huiusmodi mittendos nuncios versus dictum sacrum Basiliense concilium fideliter destinari; demum per me lecta fuerunt et publicata certa decreta ipsius sacre synodi Basiliensis super observacione divini cultus et aliud decretum de annatis. Et sic fuit nunciatum per eundem reverendissimum patrem, dominum archiepiscopum, suffraganeis suis supradictis, ut huiusmodi decreta ibidem lecta et publicata sub penis in eisdem contentis eciam de cetero in eorum diocesibus fideliter faciant observari. Super quibus omnibus et singulis idem dominus archiepiscopus peciit sibi a nobis notariis publicis infrascriptis unum vel plura publicum seu publica confici instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec anno, indiccione diebus, hora, mense, pontificatu et loco quibus supra, presentibus ibidem . . .[1])

(S. N.) Et ego Laurencius Werner, clericus Culmensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia premissis omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus et connotario infrascripto presens fui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo presens publicum instrumentum manu propria conscriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi in testimonium premissorum vocatus et requisitus.

(S. N.) Et ego Hermannus Puster, clericus Coloniensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia premissis omnibus et[1]) singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus et connotario susprascripto presens fui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo presens publicum instrumentum manu propria connotarii suprascripti conscriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

[1]) nomina desunt.

### 2. *Moderaciones, suppleciones, correcciones provincialium statutorum* (*a. 1428 conditorum*) *Rigensis provincie.*[2])

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Henninghus[3]) miseracione divina et apostolice sedis gracia sancte Rigensis ecclesie archiepiscopus, universis ecclesiarum prelatis, capitulis, conventibus, clericis, religiosis secularibusve personis singulisque Christi fidelibus in nostra Rigensi provincia constitutis salutem in eo, qui omnium vera salus existit. Utilitate quidem ac necessitate exposcentibus reprehensibile non debet iudicari, si secundum temporum varietates quandoque statuta mutantur humana, quum ipse Deus nonnulla in novo testamento mutavit ex his, que in veteri statuebat. Nos itaque cum reverendis patribus ac dominis coepiscopis nostris aliisque prelatis et dominis ad istud sacrum provinciale concilium convocatis animadvertentes, quod nonnulla statuta nostra provincialia, alias de anno Domini 1000 quadringentesimo vicesimo octavo edita et publicata, docente experiencia iunctis suis passibus mutacionem, supplecionem, limitacionem ac correccionem et quandoque, ubi penalia sunt, moderacionem indigeant propter pericula animarum, de communi igitur et omnium episcoporum suffraganeorum, patrum ac dominorum, ac procuratorum eorundem nostre provincie Rigensis predicte ad hoc sacrum provinciale concilium congregatorum et vocatorum consilio et assensu in quibusdam huiusmodi statutis antiquis, infra in suis rnbricis et principiis specialiter designatis, eas que sequuntur mutaciones, suppleciones, limitaciones ac penarum restricciones ipsarumque penarum, ubi perversorum exigit audacia, quoque extensiones iuxta exigenciam temporis decrevimus adiiciendas, volentes nihilominus huiusmodi

[1]) et et K.

[2]) Textum sequimur codicis Bibliothecae Regiae Regiomontanae in 4 Nr. 93, qui fol. 73—75 haec statuta quondam exhibebat, que hodie, quod dolendum est, desunt, ex recensione H. Jacobson (J.) l. c. p. (72)—(78), ab H. Hildebrand, Liv-, Est- und Curländisches Urkundenbuch (Riga 1889. tom. IX, p. 84—87) repetita. (H.) — [3]) Hennighus J.

statuta antiqua, exceptis subsequentibus immutacionibus et limitacionibus, ab omnibus nobis metropolitico iure suppositis inviolabiliter observari.

1. Primo in rubrica de eleccione et postulacione in statuto incipiente „Preterea cum nihil", (§ 3) in quo inter alia statuitur, quod promoti ad beneficia curata, in expressione ideomatis vulgaris suorum parochianorum pacientes defectum, astricti sint tenere capellanos idoneos, qui sancte predicacionis officium salubriter exequantur etc., statuimus predicte disposicioni adiiciendo, quod in casu huiusmodi, ubi facultates ecclesie non suppetunt pro rectore et capellano tenendo, astringantur per ordinarium loci parochiani per excommunicacionis penam solvere census sive alios proventus, quocunque nomine censeantur, rectori parochie debitos et signanter decimam decimarum, videlicet castenkorn[1]) volgariter dictam, ubi ad solucionem huiusmodi tenentur de consuetudine aut ordinacione antiqua. Si vero, quod absit, episcopus sive alius prelatus, ad solucionem predictorum obligatus, in solucione involuntarius fuerit aut remissus, per suspensionis penam a divinis sui immediati superioris auctoritate ad hoc stricius arceatur.

2. In titulo de feriis in statuto incipiente »Licet tam novi quam veteris testamenti pagina etc.« (§ 9) volumus, quod statutum ipsum signanter in ea parte, ubi se conformat decreto sacri concilii generalis Basiliensis prohibenti precipue in diebus festivis mercatoribus seu institoribus[2]) in locis sacratis res suas exponere venales, premissa monicione, sub pena perdicionis huiusmodi rerum fabrice illius ecclesie applicandarum stricius observetur.

3. In titulo de vita et honestate clericorum in statuto, quod iniciatur »Quia[3]) beneficium datur propter officium etc.« (§ 12 Nro. 1), districte precipimus decreta eiusdem sacre synodi Basiliensis de divinis officiis celebrandis, circa materiam illius nostri statuti uberius disponencia, attencius observari, predesignato tamen statuto nostro, ubi non contrariatur decreto, salvo manente.

4. Item in eodem titulo in statuto »Quoniam larvati etc« (§ 13) ad observacionem decreti sacri concilii generalis Basiliensis de spectaculis in ecclesia non faciendis, inter alia providentis,[4]) ne per larvatos divinum officium in ecclesiis et cimiteriis perturbetur, locorum ordinarios, decanos[5]) et ecclesiarum rectores sub pena in eodem decreto expressa precipimus attencius intendere debere.

5. In titulo de cohabitacione clericorum et mulierum statutum unicum incipiens »Si[6]) clerici, presertim prelati etc.« (§ 14) precipimus una cum decreto sacre synodi Basiliensis de concubinariis cum penis eodem decreto contentis, circa materiam concubinariorium lacius providente, sublatis penis dumtaxat eiusdem nostri statuti de privacione ecclesiastice sepulture, execucioni debite demandari.

6. De prebendis et dignitatibus. Et quia ex mutacione et institucione nove monete in partibus Lyvonie multa beneficia ecclesiastica, presertim vicarie necnon reddituarii, in suis proventibus, redditibus et obvencionibus diminucionem receperunt notabilem et adeo dampnosam, quod nisi ipsis[1]) aliter fuerit provisum, destruccioni perpetue indubie subiacebunt in divini cultus et ipsorum beneficiatorum sive reddituariorum necnon et animarum fundatorum eorundem beneficiorum non modicum detrimentum (§ 17), ideoque mutato statuto nostro de prebendis alias in hac materia publicato, beneficiatis protunc minus sufficienter providente, statuimus et ordinamus, ut huiusmodi beneficiorum redditus et proventus, qui ante annum Domini 1403 exclusive rite, iuste et canonice in pecuniis sunt fundati, modo infrascripto ipsis vicariis officiantibus sive reddituariis huiusmodi beneficia habentibus annuatim[2]) exsolvantur, videlicet ubi tunc, ante annum scilicet 1403[3]) ipsis de centum mrc. antique bone monete tunc usualis solvebantur sex mrc. eiusdem bone monete vel plures mrc. secundum fundacionem beneficiorum, quod[4]) equipolleant sex mrc. nove monete vel pluribus[5]) iuxta literas fundatoris. In beneficiis vero[6]) fundatis ab illo tempore citra, videlicet ab anno Domini 1403[7]) inclusive, cum tunc moneta dietim[8]) deteriorari[9]) incepit in suo valore, volumus quod de centum mrc. antique monete sex mrc. eiusdem monete valor[10]), videlicet sex fertones nove monete vel plures iuxta fundacionem ipsius beneficii, de cetero absque contradiccione exsolvantur, iniungentes locorum ordinariis, ut fundatores beneficiorum aut ab ipsis causam habentes per censuras ecclesiasticas ad solucionem huiusmodi faciendam iuxta hanc nostram generosam[11]) modificacionem stricius compellantur, protestantes statutum istud durare debere, quousque[12]) aliter duxerimus providendum. Intenti enim erimus pro nostra possibilitate favente Domino circa modum reducendi beneficia huiusmodi ad statum meliorem.

7. In titulo de rebus ecclesie non alienandis circa statutum illud (§ 19) incipiens »Impium enim est«, quia in quodam decreto sacre Basiliensis synodi de episcopalibus et provincialibus synodis servandis, conformi huic nostro statuto provinciali, expresse iniungitur locorum ordinariis, ut alienaciones rerum ecclesiasticarum revocent prohibitas a iure, ipsorum ordinariorum officium excitando iniungimus eisdem, quatenus tam circa illius salubris decreti quam et predicti nostri statuti execucionem cum omni studio diligenter intendant, mandantes, quod contra occupatores et usurpatores bonorum clericorum dece-

1) castenkorij J. — 2) institutoribus J. — 3) Quum J. — 4) providentur J. — 5) ordinarius, decanus J. — 6) om. J.

1) racionis J. — 2) annatim J. — 3) antea a 1399 J. — 4) que J. — 5) plus J. — 6) non J. — 7) 1400 J. — 8) dictim J. — 9) deteriori J. — 10) valore J. — 11) graciosam J. — 12) quousquam J.

dencium et ecclesiarum vacancium iuxta disposicionem cap. »Presenti« [1]), de officio ordinarii, lib. 6 de penis, procedant.[2])

8. In titulo de decimis et oblacionibus statutum illud incipiens »Statuimus sacro approbante concilio etc.«, (§ 23) quia nullius pene adieccione vallatum est, tendere comperimus in abolicionem. Volumus igitur, quod transgressores huiusmodi per excommunicacionis penam a suis temeritatibus striccius arceantur.

9. In titulo de statu regularium statuto incipienti »Cum enim deceat etc.« (§ 24) adiicimus iuxta exigenciam decreti Basiliensis de provincialibus et episcopalibus synodis celebrandis, ut execucioni mandetur per locorum ordinarios, cap. »Periculoso«, de statu regularium, lib. 6 de sanctimonialium clausura[3])

10. In titulo de censibus (§ 26) quia statutum primum de censibus exigit, publicacionem statutorum provincialium semel singulis trienniis fieri debere, volentes nos conformare[4]) decreto sacri concilii Basiliensis de episcopalibus synodis servandis, precipimus tam provincialia quam synodalia statuta in synodis episcopalibus singulis annis publicari.

11. In titulo de celebracione missarum penam illius statuti »Quoniam[5]) etc.« (§ 27), suspensionem videlicet a divinis ipso facto, periculis novorum presbyterorum, ut frequenter contraveniencium[6]) illi statuto, obviare volentes, decrevimus moderandam, ita quod temere illi salubri statuto contraveniens suspensionis penam per ordinarium loci fulminandam habebit merito formidare.

12. In titulo de custodia eukaristie et reliquiarum (§ 29), ne inconsecrate manus laicorum ad sacramentum eukaristie et sanctarum reliquiarum temere extendantur, claves pro custodia eukaristie, crismatis, olei sancti et sanctarum reliquiarum ne custodibus ecclesiarum et aliis laicis, quemadmodum in aliquibus locis percepimus fore factum, sed pocius ipsis[7]) rectoribus ac eorum capellanis de cetero committantur, sub pena privacionis communionis corporis dominici strictissime inhibemus.

13. In titulo, ne clerici vel monachi secularibus se inmisceant, (§ 34) rigorem pene illius statuti unici propter periculum aliquorum sacerdotum, quamquam pietatis causa medicinalis artis ministerium exercencium in egrotos, moderantes volumus, ut illius nostri statuti transgressoeres suspensionis penam habeant de cetero merito formidare.

14. In statuto primo de sponsalibus et matrimoniis (§ 35) propter plurimorum sacerdotum incuriam, negligencium sibi providere utilissimam summulam Joannis Andree super quarto libro decretalium, verisimiliter presumimus nonnullos sacerdotes

[1]) Presentis J. — [2]) om. J. — [3]) Liber sextus decretal. Bonifacii VIII. lib. 3 tit. 16. cap. unicum. — [4]) conformari J. — [5]) Quum J. — [6]) conveniencium J. — [7]) ipsius J.

suspensionis pena dampnabiliter illaqueatos. Pena istius statuti sublata, tales negligentes de cetero iudicis ordinarii arbitrio decernimus puniendos.

15. In titulo de usuris, quoniam[1]) statutum, quod incipit »Ab antiquo etc.« (§ 43), prohibens dampnabilem usure speciem, volgariter *batam* dictam, in proximum exercere, ob pene sue levitatem parvi penditur a multis, illud, ut in posterum striccius servetur, graviorum adieccione penarum decrevimus vallandum statuentes, quod batam ipsam per se vel alium scienter recipiens aut suo nomine recipi permittens, si laicus est, excommunicacionis penam incidat eo ipso, si vero ecclesiastica fuerit persona, eciam si pontificali prefulgeat dignitate, ne exemplar sit perdicionis plurimorum, a divinis sit ipso facto suspensa.

Contractum dampnabilem, sub[2]) specie empcionis et vendicionis palliatum, in fraudem tamen usurarum ac fraterne caritatis offensam in nonnullis locis nostre provincie noviter introductum, quo[3]) per aliquos, certo tempore tradito certo precio in pecunia numerata, emuntur blada nondum[4]) in rerum natura existencia, sed ex divino munere adhuc proventura, ab eis, quos urget necessitas, remissius propter dilacionem solucionis, quam[5]) communiter valebant tempore huiusmodi contractus, que quidem blada tempore fiende solucionis longe magis, immo verisimiliter[6]) in duplo aut quandoque in triplo plus valent quam precium datum pro eisdem, oportunis abolere remediis, quantum cum Deo possimus, salubriter cupientes, hoc consultissimo prohibemus edicto commercium huiusmodi illicitum de cetero frequentari sub eisdem penis, que contra publicos usurarios, si taliter contrahentes publicati fuerint, a iure communi prodierunt, sitque[7]) in potestate ipsius venditoris aut quantitatem recepte pecunie restituere emptori aut tantum in bladis sibi solvere, quantum pro summa illius pecunie emi poterat[8]) tempore initi contractus, pena vel obligacione quacunque in ipso minime (valente,)[9]) volentes hoc presens nostrum statutum quolibet anno prima dominica adventus Domini et dominica *Invocavit* populo denunciari publice de ambone.

16. In titulo de privilegiis et eorum excessibus (§ 46) abusum novum a nonnullis fratribus mendicantibus in certis locis nostre provincie, ut accepimus, introductum, quo sacramentum dominici corporis, quod eterne lucis candor est, quadragesimali[10]) tempore hora tarda, videlicet completorii, per circuitum deferunt[11]) diebus singulis, detestantes, illud de cetero fieri in virtute sancte obediencie striccius prohibemus, iniungentes locorum ordinariis, ut fratribus huic nostro statuto parere temere resistentibus mendicandi usum, quousque pareant, in suis diocesibus interdicant, adiicientes, quod in diebus rogacionum,

[1]) quum J. — [2]) super J. — [3]) que J. — [4]) nedum J. — [5]) om. J. — [6]) ymmoneri, similiter J. — [7]) si que J. [8]) poterant J. — [9]) fuisset J. — [10]) XL le J. — [11]) differunt J.

corporis Christi et alias, quandocunque pro communi utilitate reipublice solempnes instituuntur processiones ipsi fratres ordinis mendicancium ubilibet per nostram provinciam constituti talibus processionibus debeant interesse, Deum suis devocionibus pro felici statu huius patrie suppliciter exorando, pena sub premissa, quodque horas suas cantare incipiant hora sexta, ut sine preiudicio ecclesiarum parochialium eas terminare possint ante summam missam in parochialibus ecclesiis decantandam, suorum patronorum specialibus festivitatibus dumtaxat exceptis, nisi alias racionali possent aliquo munimine se tueri coram loci ordinario proponendo.

17. In titulo de sentencia excommunicacionis (§ 49) statuimus preterea, quod processus penalis, quem Romanus pontifex sub pene late sentencie excommunicacionis facit in eos, qui arma aut armorum materiam deferunt infidelibus etc. et qui Romipetas detinent, percuciunt[1]) aut detineri seu percuti mandant ac alios graves excessus committunt, quemadmodum diffuse in huiusmodi processu continentur, singulisque[2]) annis in bona quinta feria per se solitus est fulminare, in episcopalibus synodis semel clero et similiter prima dominica quadragesime et eciam in adventu Domini in volgari populo pronuncietur publice de ambone, cum absolucio in illis casibus, mortis articulo dumtaxat excepto, sit summo pontifici specialiter reservata. Et sacerdotes tales absolventes alias quam in mortis articulo excommunicacionis et suspensionis laqueum incidant ipso facto.

## Neue kirchliche Entſcheidungen

einige Aenderungen im liturgiſchen Texte des Breviers und des Miſſales betreffend.

Das Decret der S. R. C. vom 11. December 1897, durch welches eine Reform der Rubriken des Breviers und des Miſſales vorgenommen wurde, ordnet auch die folgenden Aenderungen des liturgiſchen Textes an.

I. Brevier.

1. Im Officium des h. Paſchalis Baylon (17. Mai) erhält die ſechſte Lection folgenden Zuſatz: Tandem Leo decimustertius peculiarem coetuum eucharisticorum, item societatum omnium a sanctissima Eucharistia, sive quae hactenus institutae, sive quae in posterum futurae sunt, Patronum coelestem declaravit et constituit. Das päpſtliche Breve über das genannte Patronat des h. Paſchalis theilten wir oben S. 31 mit.

2. Am Feſte der Maternitas B. M. V. (vgl. Officia propria pro aliquibus locis, Dom. II. Octobris) ſoll die erſte Strophe des Hymnus ad Matutinum fortan alſo lauten:

Coelo Redemptor praetulit
Felicis alvum Virginis,
Ubi futura victima
Mortale corpus induit.

[1]) percusserint [2]) singulis J.

Früher hieß der Schluß der Strophe: »Ubi caduca membra — Mortale corpus induit«.

II. Miſſale.

1. Der Text des Offertoriums der Dom. II. Adventus und der Feria VI. Quatuor Temporum Adventus lautet nicht: Deus tu convertens vivificabis nos, ſondern: Deus tu conversus etc.

2. In der Meſſe de Communi Doctorum wird die Postcommunio, welche früher pro Doctore Pontifice und non Pontifice dieſelbe war, durch folgende zwei erſetzt:

*Pro Doctore Pontifice*: Ut nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem: Beatus N. Pontifex tuus et Doctor egregius, quaesumus, precator accedat. Per Dominum.

*Pro Doctore non Pontifice*: Ut nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem: Beatus N. Confessor tuus et Doctor egregius, quaesumus, precator accedat. Per Dominum

3. Die Meſſe des h. Iſidorus Agricola (pro aliquibus locis, die 15. Maii) erhält folgende, etwas veränderte Postcommunio:

Sit nobis, Domine, reparatio mentis et corporis coeleste mysterium: et praesta; ut cuius exequimur cultum, intercedente Sancto Isidoro Confessore tuo, sentiamus effectum. Per Dominum.

## Zur Geſchichte des päpſtlichen Seminars in Braunsberg.

Kataloge der Alumnen aus dem 16. und 17. Jahrhundert in Römiſchen Archiven.

